



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Homilia Decimaseptima. In eadem verba: Beatam me dicent omnes generationes: varia co[n]texuntur B. Virginis encomia, quæ tàm Gentiles, Iudæi, Hæretici, quàm Fideles ei detulerunt: inter quæ penè ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

viueremus. Generatio mulierum beatam
 prædicat Deiparam, quoniam ab infamia
 & opprobrio maledictionis per eam li-
 berata est. Virginitas generatio beatam
 Mariam salutat, immo & beatissimam,
 ut ait Salomon: *Viderunt eam filie Sion, &
 beatissimam prædicauerunt*, tamquam vir-
 ginitatis magistratam, & virginum vexil-
 liferam. Viduarum cœtus cum vidua
 Anna in templo beatam illam prædicat,
 cuius meminit D. Lucas. Coniugarum
 status cum coniugata Elisabeth in illa
 verba prorumpit: *Beata quæ credidisti,
 quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à
 Domino*. Viuentes omnes, quid cū orant,
 frequentius in ore versant, quàm Benedi-
 cta tu in mulieribus, & benedictus fructus
 ventris tui? Mortientes quid proclamant,
 nisi, *Maria mater gratiæ, mater misericordiæ,
 tu nos ab hoste protege, & hora mortis susci-
 pe? Mortui tandem in Purgatorij carcere
 detrusi confidentes illam matrem mise-
 ricordiarum, auxilium eius, ut inde edu-
 cantur, incessanter implorant. Atque horum
 omnium gradus laudantium: Beata
 me dicent. Cancellarius autem Pari-
 siensis super Magnificat, triplicem ratio-
 nem assignat, ob quam Deipara ab om-
 nibus generationibus sit laudanda: pri-
 ma, quia ipsa mater est illius, qui fecit om-
 nes generationes cœli, & terræ: secun-
 da, quia ab initio, & ante sæcula præde-
 stinata fuit, ut esset affinis omnium ge-
 nerationum; est enim nostra soror ab
 humana specie; est mater, ex spirituali
 nostra regeneratione; est cognata Ange-
 lis intelligendi acuminis ac mentis, &
 corporis puritate: tertia, quia cum om-
 nes generationes tam cœlestes, quàm ho-
 mines, varia ab ea receperint beneficia,
 iure gratitudinis omnes illam perpe-
 tuo collaudare tenentur. Cui sit
 honor & gloria in sæcu-
 la sæculorum,
 Amen.*

HOMILIA XVII.

In eadem verba: *Beatam me dicent om-
 nes generationes: varia contexu-
 tur B. Virginis encomia, quæ tam Gen-
 tiles, Iudæi, Hæretici, quàm fideles
 ei detulerunt; inter quæ penè in-
 numeræ, eaque clarissima epithe-
 ta, quibus diuina eloquia, & San-
 cti Patres Virginem exornant, re-
 censentur.*



NOTE QUAM Deipara Ma-
 ria cecinisset canticum hoc,
 quo prophetans asseruit:
*Beatam me dicent omnes gene-
 rationes: id ipsum Salomon* Luc. 1.
*præuidens in persona Virginis dixit: Me-
 moria mea in generatione sæculorum: ac si* Eccles. 24.
diceret: immortalis nominis mei fama
*per omnes generationes vagabitur, & om-
 nia tempora transcendet. Quam autem*
id rationi consentaneum sit, his verbis
sapienter probauit Ioannes Damascenus:
Si eorum, qui in iustitiam coluerunt, memoria D. Io. Da-
*laudibus celebranda est, equis tandem in ius-
 tia fontis, ac sancti iustis thesauro laudem non de Assumpto.*
*adhibeat? B. es Virgo inter omnes generatio-
 nes, sola, quæ digna, quæ beata prædicetur; Ecce*
enim beatam te dicent omnes generationes,
*quemadmodum ipsa dixisti; te filia Ierusa-
 lem, id est, Ecclesiæ viderunt, ac reginæ, id est,*
iustorum animæ, beatam te dixerunt, atque in
sæcula collaudabunt. hæc ille. Verum ego
nomine generationum non solum fidelium
generationum, sed omnes generationes,
tam cœlestes, quàm terrestres compre-
*hendi opinor, ita tamen ut vniuersali-
 tas hæc sumatur pro generibus singulo-
 rum, non pro singulis generum, cum cer-
 tum sit tam in præterito, quàm presenti
 & futuro tempore numquam defectu-
 ros, qui diabolico spiritu incitati, ex odio
 in Christum, B. Virginem execrentur.
 quare cum omnes generationes ad tres
 possint*

possint reuocari, ad generationem diuinam, angelicam, & humanam; hæc vero ad generationem Gentilium, Iudæorum, Hæreticorum, & Fidelium, qui solum legitimi sunt Ecclesiæ Catholicæ Romæ alumni, ab his omnibus generationibus beatam prædicari Deiparam Mariam facile monstrabo.

Beatam prædicant Mariam generatio diuina, & Angelica. §. I.

Isa. 53. **Psal. 109.** **Luc. 11.** **Ibid.** **Cant. 4.** **Cant. 7.** **Ibid.** **Cant. 4.** **Cant. 7.** **Cant. 1.** **Cant. 4.** **Ibid.** **Cant. 7.** **Cant. 1.** **Cant. 4.**

Isaïas de æterna Dei generatione agens, dixit: *Generationem eius quis enarrabit?* & de eadem loquens Dauid in persona æterni Patris ait: *ex viro ante luciferum genui te.* hæc igitur generatio, hic diuinus partus, vnigenitus scilicet Dei & Virginis Mariæ filius, illam variis modis beatam prædicauit, multisque encomiis ad cælum vsque extulit, nam præterquam sancta Marcella dicente: *Beatus venter, qui te portauit, & vbera que suxisti:* cum ipse responderet: *Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud:* copsequenter beatam vocauit Matrem suam, diuini verbi vigilantem adeo custodem, vt nec minimum eius apicem vnquam præterisset. Obseruaui in celebratissimo illo Salomonis epithalamio, quod non contentus ille hac præclara laude Mariam cumulare: *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te:* insuper à vertice capitis vsque ad plantam pedis sub ingeniosis satis metaphoricis & allusionibus illam commendat. De capite ait: *caput tuum vt carmelus.* de capillis: *coma capitis tui sicut purpura regis.* de oculis: *oculi tui columbarum.* de naso: *nasus tuus sicut turris Libani, que respicit contra Damascum.* de genis: *pulchra sunt genæ tuæ sicut turturis.* de dentibus: *dentes tui sicut greges tonsarum, que ascenderunt de lauacro.* de labiis: *sauus distillans labia tua.* de gutture: *guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum.* de collo: *collum tuum sicut monilia.* de vberibus: *pulchriora sunt vbera tua vino.* de immacula-

to ventre: *venter tuus sicut aceruus tritici.* **Cant. 7.** **net vox tua in auribus meis? **fo- Cant. 2.** **vox enim tua dulcis:** imò & gressus eius laudat: *quam Cant. 7.* **pulchri sunt gressus tui in calceamentis, sicut principis.** Ac tandem, vt paucis multa complectar, Rupertus lib. 7. de gloria Trinitatis affirmat, totum Canticorum librum sic esse conscriptum, vt præcipue Dei sponsa Maria, qua ille nihil habet charius sibi que coniunctius, in eo vel maxime ab amatore diuino, Deoque ipso depingatur; imò quædam illic eius esse genens, vt ad Ecclesiam & personam aliam, nisi Mariam, vix possint accommodari. Idem docet Andreas Cretensis non vulgaris Auctor. serm. de dormit. Deiparæ, dum ait: Mariam in hoc ipso libro depingi, variisque modis mysticè adumbrari.**

Angelica itidem generatio (hoc enim nomine appellantur, & comprehenduntur Angeli à Moysè, cum dixit: *iste sunt generationes cæli,* iuxta intelligentiam D. Augustini) varijs encomiis Deiparam exornat: in spiritu enim illam videntes laudarunt, lobo dicente in persona Virginis: *cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei:* deinde in ortu eius cecinerunt: *que est ista, que progreditur quasi aurora conjurgens, pulchra vt luna, electa vt sol?* in annunciatione Gabriel Angelus eximiam illam laudem ei detulit: *Aue gratia plena:* & alloquens Iosephum, matrem Christi illam vocauit, quo nullus excellentior titulus inter puras creaturas excogitari potest: *Accipe puerum, & matrem eius.* in eius deinde assumptione cætus Angelorum admirantes clamabant: *Que est ista, qua ascendit per desertum, sicut virgula sumi ex aromatibus myriæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij.* Deinde tempore Magni Gregorij cum in processione quadam pro expulsiōe pestis per Romanam Vibem grassantis, S. Pontifex progredere, præeunte imagine Beate Virginis Mariæ, auditi sunt Angeli canentes: *Regina cæli lætare, halleluia; quia Visi-*

quem meruisti portare, halleluia resurrexisti, sicut dixit, halleluia: quibus verbis addidit S. Gregorius: Ora pro nobis Deum, halleluia: Cuius facti ut diuturnior ac firmiter maneret memoria, quidam illorum Angelorum, qui specie humana apparuerant, vestigia pedum impressa reliquit in lapide, qui Romae magna veneratione asseruatur in Conuentu nostro a re Coeli. vnde D. Athanasius in Euangelium de sanctissima Deipara ait: Beatam te predicant omnes Angelorum, & terrestrium hierarchia, & hierarchias manus astolentes benedictionibus, quae & in caelis benedictis, & in terris beata predicantur.

Mariam beatam praedicant generationes Gentilium, & Idola colentium. §. 2.

Sicut ea est conditio falsitatis, vel erroris, ut etiam nullo impugante, plerumque consenscat ac defluat, ita et diuerso, haec est veritatis innata proprietates, ut quantumcumque sepulta, multis etiam impugnantibus, suscitetur, & crescat; vnde recte Seneca dixit: Magna est vis veritatis, quae contra omnium ingeniorum caliditatem solertiam, & contra fidas hominum insidias facile se per seipsum defendit. veritas ergo excellentiae, ac Marianae sanctitatis eius conditionis esse perhibetur, ut multis petulantibus oblatrantibus, aliis impudentissime in eam debaccantibus, suppressi & sopiti non potuerit: quinimmo in fectissimi etiam Christianae religionis hostes rei veritate compulsi a laudibus tantae Virginis se abstinere non potuerint. Vt a Gentilibus, & idololatri exordiar, Saluaticus de victoria verbi Dei contra Hebraeos, refert quondam in Catania idololatrias in magna veneratione habuisse Virginem quandam, infantem propriis manibus baiulantem, qui interrogati, quare singulis annis imaginem illam per publicas plateas circumducerent: respondisse testatur, id in honorem & cultu cu-

iudam Virginis praestare, quae Virgo manens peperit filium suum. Belesphor. in deinde in sua Cosmographia simile quid sua cosmographia. narrat aliis nationibus accidisse, quae ex antiqua traditione idiplum faciebant, quam a Sybillis originem duxisse putabant Scholasticae historiae Auctor a tempore Ieremiae commemorat Aegyptiacas foeminas solitas fuisse, Virginem cum infante vbera eius sugentem cultu religioso venerari, cuius rationem ab eis postulanti Regi Ptolomaeo responderunt, ab antiquissimo tempore eam consuetudinem viguisse, per Ieremiae Prophetae praedicationem, parituram Virginem eis praedicantem. quibus omnibus consonat, quod referunt Zonaras Graecus, & Baptistula Fulgosius, Constantinopoli inuentum fuisse sepulchrum, in quo lamina quaedam aurea inuenta fuit, cum hac inscriptione: Christus nascitur ex Virgine, & credo in eum: temporibus Lyrae & Constantini vrsus me videbis d. sol. D. Antoninus 3. p. summe tradit, virginis imagines non semel in Turcarum locis visas fuisse adorari, thure adoleri, & eam blasphemantes digno supplicio puniri. Lyranus in fine noui testamenti in apologia contra quendam Iudaeum, & Reginaldus lib. 3. referunt memorabile illud Alchorani encomium in Virginis honorem: Nullus de filijs Adam nascitur, quem non tangat Satan, & ideo plorat vociferans ex eius tactu, praeter Mariam & filium eius: & ibidem etiam illa alia praecleara vox resonat: O Maria cunctis uiris, feminisque praeclearior, soli Deo perferentem studens. Ac tandem Surius, & Ioannes Bonifacius de S. Procopio referunt, quod cum Diocletiano Imperatore de sua religione cum Flauiano Iudice contenderet, haec obiecit: Si oraculis Flauianae fides habes, Dodonei Iouis & Apollinis, tum Pythij, tum Delphici, & Ammonis, quibus tui similes credunt, multa ex his omnibus promere mitaliceret, sed breuitatis causa duo Delphici Apollinis responsa restabor. Nam de humani generis vindice & liberatore Christo Iesu, deque eius matre Virgine, ita Iasoni

Auctor. hist. scholast.

Zonaras la. 5. suor. Annot. Baptistula Fulgos. 1. l. miras.

D. Anton. 3. p. sum.

Lyran. in fin. noui testam. Reginaldus lib. 3. c. 13.

Sur. tom 4. Bonif lib 1. Hist. Virg. c. 2.

M m m nihil

habet veri. 2 p. de ver. Dei cont. 1. 14.

nihil tale suspicanti respondit: cum enim Argonautarum dux ille a grecis Poetis celebratus, de tempore quod Athenis in arce constructum esset Apollinem, Delphi consuleret, in hunc modum prædixit: Phœbe vates cuius nam erit hæc ædes? cui sit in postremum seruitura? quæcumque ad hanc statem virtutemque vos incitant, facite, ego autem tres capio, Deum unum regnantem apud superos, cuius Verbum ab interitis alienum, conceptum in simplici Virgine, quod tamquam ignis arcus percurrens mundi mediū omnes capiens, eos adducet donum patri: huius erit hæc ædes, Maria autem erit nomē eius.

Diod. li. 5. c.

6.

Soli. in Poli.

c. 8.

Elian. de

varia hist.

Varro lib. de

reb. diuin. ad

C. Cæf.

Lact. lib. 1.

de diuinat.

Marfil. Fi.

cin. lib. de

reliq. cath.

s. 24.

Lud. V. lues

in comment.

S. Aug. de

Ciuit. Dei l.

28 c. 23.

Canis. de

corrupt. ver-

bi Dei lib.

2. c. 7.

Virg. Eglo.

4. Philip.

Bergomat.

li. 4. suppl.

Genebrar. li.

2. Bofius lib.

4. c. 6 de fi-

guis Ecclesie.

Nicanor. de

gestis Alex.

Sybilla Per-

fica.

Sybilla Li-

byca.

Sybilla Del-

phica.

Deinde subiunxit aliud oraculum Christiū attestans: Patrem Christū quidem vitam immortalē, matrem mortalem dedisse.

His omnibus non præmittam adiungere Gentilium Syllarum oracula, quarum meminere Diodorus, Solinus, Elianus, Lactantius, Marsilius Ficinus, Ludouicus Viues, Varro, Canisius, Virgilius, Philippus Bergomat, Genebrardus, & Bofius. Exordior autem à Sybilla Persica, quæ secundum sententiam Nicanoris, fuit ex Persia ex Chaldaea, vel Iudæa, natam verò asserit circa mare rubrum in Ciuitate nomine Noë; patrem eius ait fuisse Berofum, matrem verò Erimantam. huius Sybillæ in laudem Virginis hæc sunt verba.

Solo sed satis est oracula prodere verbo,
Ille Deus casta nascetur Virgine mag-

num.
Sybilla Libyca, cuius meminit Euripides in prologo suæ Lanæ, id ipsum de Virgine prædicauit.

Aequus erit cunctis, gremio rex membra
declinat

Regina mundi sanctus per secula viuis.

Sybilla Delphica in Delphos nata ante Troianam ruinam, cuius multa cargestis Alex. alia persimilia cecinit:

Eximij qui virgineo conceptus ab alno
Proditis sine contactu maris, omnia vin-

cit
Hoc naturæ opera: at faciet qui cuncta gu-

bernat.

Sybilla Samia in Insula maris Aegei Sybilla nata circa Thraciam, vel vt aliis placet, in altera Insula Samos ciuidem maris, quæ respicit contra Ephesum, appellataque fuit Pitone (vt auctor est Eratostenes in analibus Samij) hæc in honorem Virginis prædixit.

In cunctis humilis, castam pro matre puellam
Diliget, hæc alias forma præcefferit omnes.

Sybilla Hellepontica, dicta Marmissa, in territorio Troiano nata, de qua Heraclides Ponticus testatur vixisse tempore Solonis Philosophi, & magni regis Cytii, hæc carmina scripsit.

Dum meditor quondam, vidi decorare
puellam,

Eximio castam, quod se seruaret, honore,

Munere digna suo, & diuino numine
visa,

Quo sobolem multo pareret splendore mi-

canem,

Progenies summi speciosa & vera tonan-

tis,

Pacificam mundum qui sub ditione guber-

net.

Sybilla Phrigia, quæ in ciuitate Anciræ nata est, hæc de Virgine vaticinata est.

Ipsa Deum vidi summum punire volentem,

Mundi homines stupidos & pectora cata
rebelles,

Et quia sic nostram complecent crimina,
pellem

Virginis in corpus voluit demittere calo.

Ipsa Deum prolem, quam nuntiet Angelus
alma

Matri, quæ miseros contracta sorde leua-

ret.

Tiburtina Sybilla, nomine Albunea, nata in Tiolo, seu Tibuli loco à Romana Vrbe per sexdecim miliaria distanti, illa egregia inter alia carmina edidit.

Concipiet quæ Nazareis in sinibus illum
quem sub carne Deum Bethlemisica rura
videbunt.

*Omniū felix celo dignissima mater,
Que tantam sacro lactibus ab ubere pro-*
lem.

Sibylla Ery-
threa.
Clemens in
epist. ad Cor.
D. Aug. 18. l.
de Civit. Dei
1. 23.

Erythrea Sibylla, nata in ciuitate Ioniae vrbis, à Clemente celebrata in epistola ad Corinthios, nec non à D. Augustino 18. lib. de Ciuitate Dei, in hunc modum Virginitatem commendat.

*Cerno Dei matrem, qui se demisit ab alto,
Vltima felices referent cum tempora soles,
Hebraea quem Virgo feret de stirpe decora*

In teneris, multum teneris passurum ab annis.

Magnus erit tamen hic diuino carmine vates

Virgine matre satius, prudenti tempore verax.

Sibylla Cumana.
Cumana, seu Cimeria in ciuitate Cumanae progenita, quae & Amalthea, Hieraphile, aut Demophile appellata (de qua Dionysius Halycarnassensis, Solinus, Aulus Gellius, & Seruius commemorant, obtulisse Tarquinio Superbo Romanorum regi libros nouem pretij trecentorum Philippiorum, qui aurea magni pretij numismata erant, vendendos, rege autem propter excessiuum pretium emptionem respiciente, illa confectum coram eo tres illorum librorum combussit; propter reliquos verò sex idem pretium à rege postulauit, illo verò dissentiente tres alios statim concremavit; pro tribus tandem libris remanentibus eandem auri quantitatem à rege exigens, ille tandem admiratus valde, pariterque iudicans in illis codicibus res magni momenti conscriptas delitescere, totum pretium, quod illa postulabat, ei consignari fecit) hæc, inquam, Sibylla de B. Virgine ista prædixit:

*In teneris annis facie præsignis honore
Militia aeterna regem sacra Virgo cibabit*

Lacte suo, per quem gaudebunt pectore summo

Sibylla Erythraea.

*Omnia, & Eo lucebit fidem ab orbe.
Sibyllam Europæam hæc carmina*

scripsisse refert Ferreolus de Maria Augusta.

Ferreolus de Maria Augusta lib. 1. c. 17.

Virginis aeternum venies de corpore Verbum

Purum, qui valles, & montes transtet altos,

Ille volens etiam stellato missus Olympo,

Edeit mundo pauper, qui cuncta silenti

Rexerit imperio, sic credo, & mente fatibor,

Humano simul ac diuino semine natus.

Sibylla Agrippina (eodem Ferreolo lib. de Maria Augusta id attestante) hæc Agrippinae matris & filij præconia cecinit.

Summus erit sub carne satius, carissimus atque

Virginis, & vere complebit viscera famulum

Verbum consilio sine noxa spiritus almi,

Despectus malis; tamen ille salutis amore

Arguet & nostra commissa piacula culpa,

Cuius honos constans & gloria certa manebit.

Ad hæc Plinius lib. 17. suae naturalis historiae hoc in Dei genitricis laudem profert Delphicum oraculum:

Astida virtute decus sublime parate

Atque vnum, sic mando, Deum qui cuncta gubernat

Caelesti residens solio, colite, atque time.

Illius aeternum atque omnia secula verbum

Nescia Virgo viri quodam partu tenera edet,

Que velut igniferis impulsu sagitta procellis

Edomitum reddet diuino munere mundum

Huius cui Maria nomen sanctissima mater

Agnoscat templum proprium sibi rite dedicatum.

Hoc templum idololatriæ falsæ cuidam Deae deuouentes violarunt, sed Zeno Imperator anno à Natali Domini 474. profuturis simulacris, pro sua pietate, illa falsa Dea exautorata, sacratissimæ Dei matris

M. m. m. s. t. i.

tri iterum restituendum curauit, vt auctor est Cedrianus in historia, necnon & Bozius de signis Ecclesie lit. 9. Accedunt ad hæc, quæ cecinit Virgilius:

Virg.

*Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies cælo demittitur alto*

Ouid.

Nec non & alia per multa, quæ Ouidius de Virgine adducit in lib. de Vetula ad eius commendationem.

Beatam prædicant Mariam generationes Iudæorum, & Hæreticorum. §. 3.

Prou. 30.

HAs generationes commemorans olim Salomon in Proverbiis dixit: Generatio, quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit: generatio, quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis: generatio, cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrexerunt: generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & manducit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. his generationibus spiritum sanctum opinor designasse Generationes Iudæorum; nec id est commentum meum, sed commentarium Glossæ ordinariæ, quæ in hunc modum prædictum locum interpretatur: *Hæ generationes, congregationes sunt Iudæorum, & Hæreticorum: Iudæorum generatio, patri suo maledicit, qui ait: hic est filius meus primogenitus Israel: quando filium eius venientem in carne negauit: & matri suæ non benedixit, id est Synagoga, cuius præfata fidei, quam in prophetis de Christo habuerat, devertit. Nouatianorum generatio videtur sibi munda, dicens, se penitentia opus non habere. Generatio Arrianorum excelsos habet oculos, & palpebras super Dominum erectas, dicens: si natus est, fuit tempus, quando non fuit filius: Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, hæc est, quæ suam perfidiam alijs immisere conatur, & sicut corpora à gladijs, ita audientium animas veneno allocutionis occidit. Generationes tamen has reperio laudationis suæ triburum beatæ Virgini pendere. Nec istorum testimonium putet quispiam*

abijciendum esse, cum iuxta Apostoli doctrinam, vtile admodum sit testimonium hæc. 1. Tim. 3. *bere bonum ab his, qui foris sunt.* Iudæi ergo (auctor est D. Bonaventura) dixerunt hoc mirabile fuisse in Maria, quod cum esset pulcherrima, à nullo vnquam viro fuit concupita; Petrus etiam Galatinus de archæ canis Catholice veritatis tradit: Rabbi Achados, quem magistrum sanctum Iudæi vocitabant, dixisse: sicut Abacus est ar. c. 4. *maritum, quod princeps conficiunt, vt auri, & argenti vascula in eo recondant, suamque gloriam & opes cunctis ostendant; ita regis Messie mater erit armarium, quod Deus ipse construxit, vt Messias in ea sede et, ad maiestatis suæ gloriam mortalibus omnibus monstrandâ.* & addit Galatinus, priusquam Ieremiam hunc Rabbinum dixisse: *creauit Dominus nouum Ierem. 1. super terram; omnia circumdabit virum: & Rabbi Simeonem dixisse illud Salomonis: Tot a pulchra es, amica mea, & macula Cant. 4. non est in te.* Similiaque ex alijs libris scripturæ tribuit Rabbi Barachias, Rabbi Iodan, Rabbi Moyses Adarsan, Rabbi Kimchi, Rabbi Homna, & Rabbi Iodem, qui multa in laudem Virginitatis edixere. Adde etiam quod maioris momenti est in prophetis litteris Ier. 7. & 8. & Ierem. 31. inueniri B. Virginem prægnantem & parientem Deum hominem, & Prophetissam appellari, *Dextram virum circumdantem, quæ omnia alia encomia longe superat.*

Quod si ad Hæreticos sermonem conuertamus, facile reperiemus eorum archimagistros, veritatis viros, necnon à veteris, & noui testamenti illustrissimis testimonijs conuictos; multa ac præclara Virginitatis encomia euulgasse & quidem vt à Manichæis exordiar, D. Thom. testatur in tertio sententiarum, hos non nullam supra commune humanum genus eximia encomia de beatâ Virgine prædicasse, eamque ad angelicam dignitatem sublimasse. Martinus Lutherus nostri temporis hæretica, Virgini alias vehementer infestus, sui veluti oblitus, hoc Mariæ testimonium alicubi præbet: *In postula maiori circ. Euang. scti. Dig. concept. nunt. & iustam apud Mariæ personam ab origi-*

originali peccato praeservari, de qua Christus sumptuosus erat carne que omnia peccata superaret. Eiusdem Lutheri illa quoque vox est: Nulla mulier tam sancta est, nec fuit, nec in posterum erit, que fructum ventris sui benedictum parit, quando nulla a circa voluptatem, & peccatum concipit. Caluinus, perfidus Ecclesiae Catholicae inimicus, in sua harmonia Evangelica. In harmonia Evangelica. In expost. i. cap. Matth. In serm. de B. Maria. Circa de laudando in Maria Deo.

scripsit. Nunquam de me, ut in Domino confido, audietur, quasi auerfer Mariam, erga quam minus bene afficit, reprobat & meum certum existimem iudicium. & infra subdit: que supra omnes, que regina est omnium, quam Deus pra omnibus honoravit, cui similis non reperitur alia, quid non affecuta, quod eminentissimum probe: Bucerus in expositione primi capitis in Matthaeum hoc inter alia habet: Pius animus de Maria, vase tam sancto atque electo, ut Christum nobis pareret, non nisi sanctissima cogitabit. Bullingerus in sermone de B. Virgine Maria haec fati ab impio eius ore aliena protulit: Si Maria benedicta est inter omnes mulieres, & beata ab omnibus praedicanda nationibus, infelices certe sunt Iudaei, qui ipsam nunquam committis incesse definunt: infelices sunt PseudoChristiani, qui Iudaeis nihilo meliores, sua laude ipsam spoliant. Ac tandem Echolampadius sermone de laudando in Maria Deo, tot ac tanta de B. Virgine praeconia in lucem edidit, ut non ille, sed quispian ex nostris Catholicis loqui videatur, sic enim ait: Recte admonet Propheta, ut in sanctis laudemus Deum. In quo autem plasmate tam laudandus Deus, ut in Virgine Maria, quam hodie non solum inhabitare ceu templum sacratissimum, sed ex ea, & in ea carne assumpta, homo fieri dignatus est? Caeli enarrant gloriam Dei, ne inuideant; quem ipsi continere non poterant, Virgini viro clauditur. Obstupescant Angeli, quod ipsis praeteritis Rex totum ad Virginem diuertit. Et quomodo non per Mariam laudabilis Deus, in qua se ostentat gravissimè, & paucis interiectis: Caelum est ornatissimum; pulchra ut sol, electa ut luna, clarior sideribus, sacundior terra, profundior abyssis, candidior liliis, odoratior rosis, humilior violis, & rursus proceras, ut pal-

ma in Cades, exaltata, ut Cypressus in Sion, exaltata ut platanus iuxta aquas, exaltata ut Cedrus Libani? & quis colligeret omnia? Quid iterum mirum, si figuris suis scriptura nobis eam delineet, quas pij non explodunt, licet doctiores sublimiora, reconditioraque ex his hauriant misteria? Rectè & ipsa dicitur ardens rubus Moysi, virga Aaron, vellus Gedeonis, arca sardis, turris David, thronus Salomonis, hortus conclusus, fons signatus, porta clausa, vestimentum summi sacerdotis, atque alius modis. At & ad humanas laudes transseundum? Quid ergo mirum, si dicatur, cum ita sit, quod fide vincat Abraham, patientia, longanimitateque Isaac & Iacob, castitate Ioseph, militate David, maiestate Salomonem, religione Iosiam? (ut semel dicam) omnes numeris omnibus vincat, excellat que ita in unoquoque virtutum genere, ac si solū illud peculiare fuisset? Superuacuum foret eam conferre Saræ, Rebeccae, Racheli, Deborah, Esther, & aliis sanctis mulieribus, que, & viros in tantum antecit. Quin potius si caelestes, Angelicaeque virtutes nobis cognita essent, in eis liceret nobilissimum cognoscere, quin illi cum unaquaque commune: Sed que supra omnes, que regina est omnium, quam Deus pra omnibus honoravit, cui similis non reperitur alia, quid non affecuta, quod eminentissimum probe? Haec omnia consultò ab hostibus Ecclesiae Catholicae mutuauit, non quòd illorum praeconiis à sanctissimis alioqui viris laudatissima Maria indigeat, sed ut clarius innotescat illius Mariani vaticinij veritas: Beatam me dicent omnes generationes: tum ut pariter etiam illorum turpitudine magis appareat, qui ex eodem ore (ut aiunt) calidum efflant & frigidum; & ut, alter Protheus, in varias formas se mutant, nunc beatam Virginem ornantes, nunc deformantes. Vnde doctissimus Canisius, ac de B. Virgine Canisius de mirum in modum bene meritus, tam Deiparae, quam sapienter, dixit: Ego immortalis Deo singulares ago gratias, qui non solum ex ore infantium & lactentium, sed per iugulum etiam aduersariorum, laudem suae Matri perfecit.

M. m. m. 3 Beatam

Beatam Virginem præclaris epithetis, honorificentissimisque Titulis, tam Græci, quàm Latini Patres frequentissime cohonestant. §. 4.

Psalm. 77.

Psalm. 111.

Psalm. 23.

Sap. 9.

Isa. 1.

CAeterum prætermittis multis aliis laudibus, quas B. Virgini illi exhibuit generatio alioquin prava & exasperans, generatio, quæ non direxit cor suum, ut ait David; veniamus iam ad laudes, quas ei defert generatio rectorum, generatio quærentium Deum, generatio casta cum claritate, generatio inquam sanctorum Patrum, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. non tamen animus est non dico omnes declamationes, panegyricos, orationes, sermones, seu, homilias, & alia huiusmodi penè innumera, quæ sancti Patres tam pie quàm verè in honorem Deiparæ scripsere, in medium adducere, cum impossibile sit, sed neque longa, quæ ex illis potuissent mutuare testimonia, referam, cum ad id etiam oporteret ut in infinitum abiret oratio, sed solum illustrissima apponam epitheta, quibus sancti Patres, ac percelebres Ecclesiæ Doctores miram Virginis excellentiam toti orbi pandere conati sunt: ut enim olim omnes secundum cuiusque facultatem ad ædificium, & ornamentum Arcæ Propitiatorij munera donarunt, non secus Ecclesiæ Patres ad exornandum Marianam veri Salomonis Arcam, varia, eaque clarissima epitheta excogitantes, ea omnia illi obtulerunt.

S. Methodius Martyr in sy. habita ob hyppopotem Dom.

In primis *Methodius Martyr* celeberrimus *Olimpij* & postea *Tyri Episcopus*, *Mariam* vocat *Fidelium faciem*; In circumscriptionem: *Speciosissimi floris radicem*: *Creatoris matrem*: *Nutricem omnia nutrientis*: *Comprehensionem omnia comprehendentis*: *Gestatricem verbo suo vniuersa portantis*: *Purificantis carbonis forcipem*: *Bethleemiticam cisternam Dauidem refocillan-*

tem: humanitatis filij Dei fontem: Dei indumentum: Glorificatam, Deoque dignam sedem: Dilectionis thesaurum, Spiritus sancti umbraculum, Humanæ festiuitatis principium, medium, & finem: Preciosam cœlestis regni margaritam: Vberissimum totius sanctitatis fontem: Animatum altare: Panem vitæ: diuinæ charitatis promptuarium: Spiritus sancti umbrosum montem.

Rupertus Abbas: Dei patris sponsam: Ruper. Abb. Sanctæ religionis magistram: Virtutum operatricem: Magistram magistrorum.

Origenes, Ecclesiastica scholæ apud Alexandriam princeps; Mariam, Regis cœlestis domum immaculatam: Cœlestem Cant. thesaurum Deitatis, vel (ut alij legunt) venerationis.

D. Chrysostomus: Columbam in medio accipitrum: Ouem in medio luporum: Stellam in medio nubium: Lilium in medio spinarum: Germen iustitiæ in oppido iniquitatis.

S. Ignatius Martyr: Placidam & officiosam Magistram poenitentiae: Animum Dei templum: Anchoram, portum que tutissimū: in bello versantibus munitionissimum Propugnaculum. Et in epist. ad Ioannem Euangelistam, Sacratissimum monstrum, & cœlestis prodigium.

D. Bernardus: Benedicti seminis augustam Parentem: Magnificum diuinæ gloriæ templum: Regis æterni palatium: Thalamum immaculatum: Reginam cœlorum: Maris stellam: Viræ genitricem: Inuentricem gratiæ: Dominā mundi: Parentem reparatricem: Posterorum viuificatricem: Lignum vitæ, quod solum fuit dignum portare fructum salutis: Viam regiam, per quam Saluator aduenit: Omnibus firmamenti firmius Firmamentum: Tubam desertum: Terram lacte & melle manantem: Ouem: Nauem in medio maris: Apotecham: Rosam: Margaritam.

D. Cyrillus Alexandrinus coram graniss. mo Patrum cœtu, & in Ephesino templo Deiparæ dicato, Mariam compellat, Eximium

com. Nestor. vniuersū

vniversi terrarum orbis decus : Lampadem inextinguibilem : Virginitatis coronam : Rectæ fidei sceptrum , & normam : Templum inuiolatum : Ecclesiæ fundatricem.

D. Damascenus : Verbi mater : Paradisi referatricem : dulcissimum Annæ pignus : Fontem perenniter fluentem : Paradisi delicias : fidelium turrem.

Chrysippus presbyter Ierosol. Solis ortum qui nullum ferre potest occasum : lucis fontem : armarium vitæ : totius fragrantæ pratum : vitem vuas pulchras producentem : Radicem omnium bonorum.

B. Andreas Ierosol. Sanctam tellurem , ex qua nouus Adam formatus est : Sacrum Dei fermentum , ex quo Christi corpus tanquam panis conficitur : Mirificum aruū , ex quo cœlestis agricola suam sine semine spicam eduxit : Lætitia instrumentum : Ornatissimum diuinæ gloriæ templum : Cœlum in quo sol gloriæ splendet : Domitium cœlo præstantius.

Alter Andreas Cretensis : Christianorum propugnatrix : Omnis sanctitatis thesauri & oratione de laudibus Virginis : Declarationem occulorum , & profundorum : Diuinæ incomprehensibilitatis summam : Diuinorum oraculorum diuini archetypi imaginem.

Efichius presbyter Ierosol. Cathedram non inferiorem ; Cathedram cherubicam : Arcam latiore , longiore , & illustriorem arca Noë : Trinitatis complementum.

D. Augustinus : Vitæ parentem : AEuæ aduocatam : Totius Trinitatis viuum tabernaculum : Humani generis reparatricem.

D. Fulgentius : Fœnestram cœli : Scalam cœlestem : Fœminarum restaurationem.

B. Laurentius Iustinianus : Delinquentium spem : Sanctitatis speculum : Fœderis arcam : Fidei magisterium.

D. Anselmus : Cœli , & terræ summam Dominam , & vnicam dominatricem , super choros Angelorum exaltatam.

D. Athanasius : Regeneratricem , & Heram.

D. Epiphanius : Clibanum intellectualem , qui ignem , & panem vitæ calidum mundo in esum attulit : Mensam virginem optimis quibusque cibis abundantem : Splendidam lucernam relucentem ; Candelabrum aureum : Purpuram regiam , quæ cœli , & terræ regem induit : Librum incomprehensum , qui Verbum Patris mundo legendum exhibuit : Vitæ veritatis fertilissimam , & non vindemiatam.

S. Ephrem Diaconus Ecclesiæ Edessæ : Patrum spem : Gloriam Prophetarum : Apostolorum præconium : Martyrum honorem : Sanctorum lætitiarum : Lumen studiosorum ; Cartham diuinissimam : Solatium mundi , Orphanorum susceptionem : Prestantissimum orbis terræ miraculum.

D. Gregorius Magnus : Montem in vertice montium.

Chrysologus : Matrem viuientium per gratiam.

Irenæus : Salutis causam.

B. Damianus : Totius salutis exordium.

Timotheus presbyter Ierosolomitæ : Signum contradictionis.

D. Hieronymus : Lucidam nubem.

S. Germanus Patriarcha Constantinopol. Virginem illustrem : Cœlum , & Sedem Dei : Omnis puritatis receptaculum.

S. Sergius Patriarcha : Tenebrarum expultricem : Immortalitatis fontem : Corruptionis interitum : Receptaculum diuinitatis.

Proclus Episcopus Cizicenus : Impollutum & purum illibata virginis thesaurum : Decus , & ornamentum secundi Adam : paradisi vnitarum inter se naturalium officinam : Pontem , per quem Deus ad homines descendit.

Ildesonus multis ex prædictis epithetis Mariam exornat , illud tamen singularissimum addidit , quod vt perpetuum illius virginem integritatem declararet , vocauit eam : æternitatem virginis , epithetum sane omni acceptione dignum.

D. Athan. in euangel. de sanct. Deip.
D. Epiphani. ser. de laud. Virg. Ioanne Pico interpretæ.

S. Ephr. Diacon. Eccles. Edess. orat. de laud. Mariæ.

D. Greg. Magn. li. 1. exposit. in lib. 1. Reg. c. 1.

Chrysol. ser. 140.

Iren. lib. 5.

cont. heres.

B. Dam. ser. 23. de nat.

Timot. presb.

Hierosol. orat. de Propb.

Simeon.

D. Hieron.

in Psal. 71.

S. German.

in Psal. 44.

S. Serg. de Maria Nat.

Procl. 1. 10.

Conc. Ephes.

S. Ildes. lib. de virginis.

Maria.

D. Antio.

D. Antonin. D. Antoninus: Virginum primiceriam.
4. p. summ. Dionysius Richelius: Singulare perditio-
 rum refugium: Aduocatam omnium
Dionys. Ri- iniquorum ad ipsam confugientium: Ma-
chel. li. 2. de riam Christiferam.
lau. V. ar. 25 Giselbertus D. Anselmi discipulus: Ma-
Giselle apud trem matrum: Virginem virginum: stel-
Tritem. in lam stellarum: sacrarium Spiritus sancti:
chron. Cent. Virginem florentissimam, vita, & mori-
10. cap. 10. bus præcellentissimam.
Innocē. Pap. Innocentius Papa: Angelorum Impera-
in hymn. B. tricem: Virginem dulcem, & serenam.
V. refertur à Sacra deinde scriptura illam designat, &
Cānisi. li. 3. de appellat per varios tropos, & metaphoras:
Deip. c. 27. Euan: Mariam sororem Moysis: Rebec-
Genes. 2. cam: Iudith: Esther: Saram: Abigaillem:
Exod. 6. Sunamitidem, & Sulannam: Salomonis
Gen. 22. thronum, & Templum: Arcam Noë: Ar-
Judith 8. cam testamenti: Arcam testamenti: Hor-
5. Reg. 19. tum conclusum: Columbam: Virgam
Gen. 11. Iesse: Domum sanctam: Tabernaculum
1. Reg. 25. sanctificatum Altissimi: Terram benedi-
3. Reg. 1. ctam: Rubum ardentem incombustum:
Daniel. 13. Montem Scalam Iacob: Vellus Ge-
2. Reg. 2. deonis: Portam clausam: Electam vt so-
Gen. 7. lem: pulchram, vt Lunam: terribilem, vt
Exod. 25. castrorum aciem ordinatam: Nubem lu-
Nuon. 14. cidam: Propitiatorium: Aulam regiam:
Cant. 4. Thalamum: Lectulum floridum: Tur-
Cant. 2. rem David: Liliū inter spinas: Oliuam
Isaie 11. fructiferam: Cedrum: Palmam, Cinnamomum:
2. Paral. 4. Platanum: Rosam Iericunthinam: Myrtham electam: virgam Aaronis:
Psal. 45. Mulierem sole amictam: Mulierem
Psal. 84. fata tria fermento commiscentem: Ciuitatem
Exod. 3. Sion: Petram.
Gen. 2. *Ac tandem B. Damianus, & S. Gregorius Nazianzenus*
Judith 8. *vocant B. Virginem, Deam, non quia deitatem habeat, sed quia inter omnes puras creaturas præstantissima omnium deitatis imago sit. Scio à nonnullis istud horum Patrum epithetum imperti, & moereri: verum si illos scriptura Deos appellat, vt Christus Dominus dixit: ad quos sermo Deifactus est: cur non Deam appellare licebit, in qua Verbum Dei caro factum est? Et si Moyses etiam vocatus est Deus Pharaonis: ego consiliui*
B. Damian. *serm. 2. de Nat. Nazian. orat. de Christi spat.*
Ioan. 10.
Exod. 7.

se Deum Pharaonis: quid mirum, si sancti Patres Dei matrem Deam compellerent: Deam inquam per participationem, & fructiorem cum Deo coniunctionem, maioremque quam vlli creatura fuerit communicata, similitudinet? Verum tamen est, quod cum sermo habetur cum insipientibus & rusticis, melius est à Deo appellatione abstinere, ne alicuius erroris ansam illi sumant, vnde Petrus Cluniacensis, quem D. Bernardus valde prædicat, non solum tantum, sed totius Ecclesie Catholice nomine, quam defendit, ait: Damnat Ecclesia Collyridianos Mariam pro Deo colentes, & quod illam loco numinis adorandam esse putarūt, sicut Epiphanius adnotauit. Locus autem Epiphanius habetur libr. contra Antidicomarianas, vbi hæc scriptæ verba: non coelitus venit Maria cum corpore suo, neque Deus est, sed ex conceptu, & complexu viri & mulieris carnem accepit.

Ecclesia Catholica ab eius primordiis multis laudibus & obsequiis honorat Beatam Virginem. §. 5.

TAndem Ecclesia Catholica Romana, quam fide diuina docemur à Spiritu sancto regi, & gubernari, variis modis Deiparam Virginem, beatam commendat, nam D. Petrus Princeps Apostolorum in sacrificio Missæ, primus Virginis commemorationem introduxit, vt constat ex Liturgia Latina, seu Romana, quam B. Petri esse tradit Leo 11. Pontifex Maximus, Epistola ad Michaelem, & post illum D. Thomas 3. p. sua summa. D. Iacobus Apostolus in Liturgia, quam edidit, vt habetur de consecratione dist. 2. Deiparæ Virginis frequenter simè & laudatissime meminit, appellans illam pretiosorem quàm Cherubim, gloriosorem quàm Seraphim; subiungensque deinde: Commemorationem agamus sanctissime Inmaculate gloriosissime benedictissime Domine nostræ matris Dei, & semper Virginis Ma-

niū Mariæ. Deinde Ecclesia Catholica in officio Romano frequenter Virginis cōmemorationem agit. Officium etiā paruum (quod vocant) in laudem B. Virginis composuit. Varia illius celebrat festa, Immaculatę Conceptionis, Natiuitatis, Pręfationis, Annūciationis, Visitationis, Purificationis, Assumptionis, Niuium, & Rosarij, præter alia specialia, quę in variis mundi regionibus celebrantur. vt expectationis partus, transfixionis, & similibus quę in Hispania coluntur. Item D. Ioannes Apostolus templum sacravit B. Virgini, vt habetur in actis Cōsilij Ephe-sini epist. ad Clerum Constant. & refert Abbas in vita Ioannis Apostoli. Templū aliud struxit B. Petrus Apostolus Antaradi Tripoleos, vt auctor est Volaterranus lib. 2. Geographiæ, Adrianus Iunius in sua nomenclatura, & Thomas Vualdenfis c. 34 D. etiam Iacob templū aliud erexit B. Marię, vt tradit Vaseus in Chronico Hispaniæ: Hierony. Blanca in comment. recum Aragonię ad annum 118. Sigonius in hist. Italica, & Bozius lib. 9. de signis. Consuevit etiam singulis diebus ter pulsare, ad recitandam salutationem Angelicam. Variis vtitur Litanis ad Virginem commendandam: Per multas instituit sacras Religiones in eius cultum & honorem, in quarum numerū primum refero Ordinem Velleris aurei à Philippo Duce Burgundię originem ducentem, cuius meminit Iacobus Meierus lib. 26. annalium Flandrię ad annū 1421. Ordinem Cluniacensem, de quo Genebrardus lib. 4. Chronogr. Bergomas lib. 11. supplementi, & Cronicon Cluniacense: Ordinem Præmonstratensem, de quo Aubertinus in Chronico Præmonstratensium, Laurentius Surius, Azorius, & alij. Ordinem Carmelitarum, vt tradunt Hieronym. Platus lib. 1. de bon. stat. relig. c. 34. Ioseph Antiochenus in specul. perfect. Milit. primit. Eccles. cap. 12. Ioannes Roblius de antiquitate Carmelitarum. Ioannes Bonifacius lib. 2. Virg. hist. cap. 3 & lib. 4. c. 14. Ordinem Seruorum B. Marię

in Italia vigentem, cuius meminere Polidorus lib. 7. de inuentione c. 4. Philippus Bergomas in supplemento lib. 13. Bozius lib. de signis c. 8. Ioannes Azorius lib. 22. instir. Moral. c. 23. Ordinem Theutonico- rum, vt testantur Genebrard. in Chronico: Polidorus de inuentione c. 5. & Bozius cap. 8. Ordinem Militum de Auis, vt referunt Arnoldus lib. 1. ligni vitę cap. 73. Ioannes Mariana lib. 11. de rebus Hispaniæ cap. 6. Andreas Resendus lib. de antiquitate Eborę c. 16. Ordinem redemptionis captiuorum, seu de Mercede, à Iacobo Aragoniæ Rege, cognomento *Sans Pare*, institutum, cuius mentionem faciunt Cassaneus part. 9. consid. 4. Vasseus in Chronico Hispaniæ c. 18. & in genealogia rerum Aragoniæ: Ordinem S. Marię montesę, vt scribunt Polidorus lib. 6. c. 5. Hieronymus Blanca in Chronico Hispaniæ ad annum 1291. Actandem Religionem Monialium immaculatę Cōceptionis nuncupatam, cuius præclara monasteria in Hispania florēt. Innumeras tandem instituit Confraternitates in honorem B. Virginis, inter quas celeberrima est illa, quę nomine *Rosarij* insignita apud Patres Prædicatores sanctissimi Patriarchę Dominici filios mirificę viget. Adhęc nemo ignorat diem Sabbathi in Virginis honorem dicari, variasque Antiphonas ad eius laudem tunc cantari, ieiunia & peregrinationes singulis annis in eius cultum pię & religiosę à catholicis fieri. D. Thom. 1. 2. q. ar. 5. ad secundum ait: Festorum solemnitates institutas fuisse in actionem gratiarum pro aliquo beneficio suscepto; vnde cum primum beneficium fuerit creationis, in huius beneficij gratitudinem iussit Dominus sabbatum ab Hebræis celebrari: *Memoro, vt diem sabbati sanctifices*: Ratio autem, quam faceret text. assignat, vt sabbati dies ei consecraretur, fuit, *quia requieuit Deus in die se- ptimo ab omni opere quod parauerat.* non solū autem Deo festi dicantur, sed & Sanctis eius propter participationē deitatis, quę in eis effulget. vnde Actor. 4. Gentiles vi- dentes

N n n n d e n t e s

Arnold.
To. Marian.
And. Resen.
Basseus.
Polidorus.
Hieron. Blā.
ca.

Exod. 20.

Genes. 2.

dentes Lystris mirabilia, quæ operabatur
 Apostolus Paulus, & Barnabas, venerati
 sunt illos dicentes: *Dij similes facti homini-*
bus descenderunt ad nos, & continuo sacer-
dos Iouis venit secum ducens tautos, qui
illis immolarentur, & diademata, quibus
eorum capita in altaribus redimerentur.
 Hinc ergo est, quod cum B. Virg. partici-
 patione deitatis longo intervallo omnes
 sanctos antecellat, excellentior religionis
 cultus ei debetur. & ideo Ecclesia Catho-
 lica quasi tributum dierum ei persolvens,
 singulatum hebdomadarum singulos dies
 sabbati ei sanctificat: commutans festum
 actionis gratiarum propter beneficium
 creationis mundi in actionem gratiarum
 propter beneficium creationis Matris Dei,
 qui fuit novus mundus abbreviatus, ex-
 cellentior & capaxior mundo elementari,
 siquidem quem cæli & celorum capere nõ
 poterant, illa vtero suo cõcluserit. Sed quæ
 magis diem sabbati ad hoc elegit, quã
 alium quemlibet totius hebdomadæ, varia
 possunt congruentes causas assignari
 causæ: Prima, quia sicut sabbatum fuit
 dies, in quo Deus requieuit ab omni opere
 quod pararat: ita in vtero Virginis delitel-
 cens requieuit, vt ipsa testatur, dicens: *qui*
creavit me, requieuit in tabernaculo meo. Se-
 cunda, quia diem sabbati præ cæteris om-
 nibus diebus Deus specialiter sanctifi-
 caverat sive undam suam benedictionem
 ei largiens: *Benedixit Dominus diei sabbati,*
& sanctificavit eum. Tertia desumitur potest
 ex Alberto Magno super *Missus*, vbi lo-
 quens de benedictione sabbati inquit: *Est*
autem ista benedictio operum consummatio; in be-
atissima autem Virgine fuit perfectio operum consum-
matio, quæ omnia creata in vno homine uniu-
ntur cum Creatore, & primum sit vltimum, & vlt-
imum primum. Vltima tandem ratio sit: quia
 B. Virgo est sabbatum illud delicatum, de
 quo Isaias: *Vocaberis sabbatum delicatum,*
& sanctum Domini gloriosum: & ideo quasi
 iure suo sibi vendicabat diem Sabbati sibi
 consecrari. quod si vt refert Ioseph de bel-
 lu 3. per medium duarum civitatum ma-
 gnus quidem fluvijs pertransit, qui die

sabbati copiosiori, & impetuosiore tor-
 rente fluit, omnibus fontibus, qui ab eo
 originem ducunt, largissimas aquas tri-
 buens nomen autem fluvij huius est *sab-*
baricus, qui die sabbati potentiam suam
 ostendat, aquarum suarum thesauros libe-
 ralissime profundens: non fecus cum bea-
 tissima Virgo singulis diebus innocanti-
 bus illam propinquæ exhibeat, die tamen
 sabbati, quia specialiter ei sacratum est, co-
 piosioribus gratiarum imbribus filiorum
 suorum animas irrigat, & liberalius mu-
 nera sua eis impertitur. Quando verò, &
 ob quam causam sacer hic dies B. Virgi-
 ni factus fuerit, non est vna omnium sen-
 tentia. *Canon. lib. 5. cap. 29. ex sententia*
Petr. Dam. capisse ait à Greg. V. Pont.
Maxi Raven. libr. 5. hist. & Arnold. lib. 5.
higni vitæ c. 20. id tribuunt Concil. Cla-
ramontano. sub Vibano 11. anno 1096.
 quod & acceptat Rutilius Episc. in *Magnif.*
lib. 22. dub. 7. De causa verò huius insti-
tutionis sic loquitur Bernardus: Maria,
quæ sola benedicta est in mulieribus; sola per-
illam vixit sabbatum stetit in fide, & sal-
uta fuit Ecclesia in ipsa sola; propter quod
aptissime in laudem & gloriam eiusdem
Virginis diem sabbati per totius an-
ni circulum celebrari consuevit. suffra-
gantur Bernardo ascitioni de fide in so-
la virgine Alexand. Ales. Durand. Tur-
recrem. & Caiet sed pace tantorum Do-
ctorum dixerim periculosum iudico asse-
re in sola Virgine tunc mansisse veram
fidem, tum quia pro illo tempore Ecce-
sia perisset, quia Ecclesia nõ est vna per-
sona sed populum, & regnum, seu cõgre-
gatio fidelium. non ergo potest cõsistere
Ecclesia Catholica vno solo fidei exis-
te, sed ex pluribus vt minimum duobus
coalescere debet, tum etiam quia illi qui
absentes erant à Ierusalem, & vsque ad
illud tempus habuerunt veram fidem,
mox illam amisissent sine sua culpa, quod
est evidenter falsum. Durandus tamen
lib. 4. rational. diuin. offic. c. 1. ait, olim in
quadam ecclesia Civitatis Constantinop-
olis fuisse imaginem B. V. eorum qua de-
pende-

pendebat velum totam velans imaginē, quod in sexta feria post Vesperas nullo mouente recedebat, vt ad plenum posset conspici imago; celebratis verò Vesperis in sabbato iterum illam cooperiebat; ob hoc ergo insigne miraculum sabbati dies sacratus fuit. Non incongrue etiam dici posset hoc factum fuisse, vt solemnitas matris solemnitati filij, quæ in Dominica celebratur, copularetur: ecce igitur quàm veraciter B. Virgo verba illa protulerit: *Beatam me dicent omnes generationes.* Quod attento animo perpendens insignis ille Card. Ioannes Turrecremata, in hæc Marianæ laudis verba prorupit:

Torretr. lib. de Concept.
*Felix, quam Angeli laudibus profsequuntur, felix, quam Apostolorum Chorus honorat, felix, quæ Martyres candidas beatificat, felix, quam sanctorum Confessorum stolatus celebrat numerus; felix, cui sanctorum Virginum cum suis palmis exultans occurrit exercitus; felix non solum Mariæ, cui non solum ex ore infantium & lactentium, sed per iugulum etiam aduersariorum Deus laudem perfecit; felix, quam non tantum ecclesiæ iustorum, sed etiam congregationes hæreticorum honoribus profsequuntur, eucomis illustrant. hæc ille: Sed dicet quispiam: qui fieri potest, vt hæc omnia verificentur, cum de paganis & hæreticis præcipuè conqueratur B. Virgo dicens: *Filij matris meæ pugnaverunt contra me: & non tantum isti, sed, & custodes murorū, qui circumveniunt civitatem inuenerunt me, percusserunt me, vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum: quomodo ergo beatam illam dicunt omnes generationes? nisi fortè de prædationem, percussione, & infandum bellum dixeris benedictionem, laudem, & honorem: filij, inquit, matris meæ, qui fonte baptismatis tanquam filij Ecclesiæ renati, ab ea tamen degeneres facti, pugnaverunt contra me, scilicet telis mendacij, acuentes linguas suas contra me sicut serpentes: custodes murorum impij, blasphemi, & damnatæ fidei hæretici non homines, sed hominum fex, ac putrida sentina inuenerunt me, & tulerunt pallium meum, pallium laudis, pal-**

ant. 1. 2.

lium honoris, quo à filiabus Sion, animabus scilicet iustis, fueram exornata. Tulit pallium meum impius Lutherus, dum meum cultum labefactare contendit; tulit pallium honoris mei Caluinus, qui eos, qui me honorificis nominibus cohonestant, atrocem Deo iniuriam facere iudicat; depilauit Buccerus peritissimos meos scriptores, summos Dei blasphematores reputans; spoliavit me laude mea Ecolampadius hyperdulæ cultum mihi exhibitum idolatriam esse garriens: taceo Ioānis Marbacchi fœdam procacitatem, Coruini virulentam linguam, Vigandi, Brentij, cæterorumque huius farinae hominum impudentiam aduersus me oblatrantium: si hæc ita se habent, vbinam sunt laudes omnium generationum, vbi turris Dauidica, ex qua mille clypei ad eius defensionem pendebant? vbi nam sexaginta fortes ambientes lectulum Salomonis? vbi Archangelus Gabriel illi assistens, & reliqui Angeli in ministerium Deiparæ diuinitus signati, qui venenatas aduersus eam & sibilantes linguas præcidant? vbi tandem fortitudo mulieris illius, quæ ex diuino oraculo caput demonis contritura erat? Bifariam huic difficultati satisfaciendum duxi: primò, quod vt superiori homilia adnotaui, verba illa Virginis: *Beatam me dicent omnes generationes: non important vniuersitatem pro singulis generibus, sed pro generibus singulorum, secundo, quod aliquando omnes generationes erunt vnum ouile, & vnum Pastor, sub vno capite Christo, & tunc omnes generationes B. Virginem prædicabunt, vt obseruauit D. Antoninus 4. p. summæ tit. 15. S. Anton. 4. cap. 24. vbi ait: Et in fine conuertentur ad p. tit. 15. 6. vesperam, circuibunt civitatem Ecclesiæ ad 24. veritatem fidei recipiendam, plant beatam dicent eam omnes generationes; non enim præseribit generatio hæc (ait Iesus) donec omnia fiant. Cui sit honor & gloria in sæcula sæculorum.*

Lucæ 1.

me dicent omnes generationes:

non import-

tant vniuersitatem pro

singulis generibus,

sed pro generibus

singulorum, secundo,

quod aliquando omnes

generationes erunt

vnum ouile, & vnum

Pastor, sub vno

capite Christo, & tunc

omnes generationes

B. Virginem prædicabunt,

vt obseruauit D. Antoninus

4. p. summæ tit. 15. S. Anton. 4.

cap. 24. vbi ait: Et in

fine conuertentur ad p. tit. 15. 6.

vesperam, circuibunt

civitatem Ecclesiæ ad 24.

veritatem fidei recipiendam,

plant beatam dicent

eam omnes generationes;

non enim præseribit

generatio hæc (ait Iesus)

donec omnia fiant. Cui sit

honor & gloria in sæcula

sæculorum.

Lucæ 12.

Amen.

Nnnn 2 HOMI-